

Mythologia, Venise, 1567 - VII, 04 : De Centauris

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[85\] : De Centauris](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VII, 04 : De Centauris](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VII

[Mythologie, Paris, 1627 - VII, 05 : Des Centaures](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VII, 04 : Des Centaures](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VII, 04 : De Centauris, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 24/02/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/901>

Copier

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50
Formatin-4
Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination214r°-215r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Centaures](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière
modification le 25/11/2024

bus sciretur; sed omnia quæcunq; grauiâ contingunt, siue sterilitas sit agro-
rum, siue animalium pestilentia, siue immanitas monstrorum, vel propter
neglectam religionem, vel propter hominum improbitatem consilio & pro-
uidentiâ Dei contingere: quamuis ita occultæ aliquando sunt causæ, vt
videantur naturæ ductu potius, aut congressu astrorum, aut vario solismo-
tu, quam Dei voluntate & consilio contingere. nihil sit enim horum sine di-
uinâ voluntate. inde fit aliquando, vt quæ minentur sydera, ob Dei bonita-
tem euanescent, at quæ non fuerant ante visa & præcognita, nos repente in-
uadant: cum omnia & insit, & consulto, & certo Dei iudicio fiant. atque vt
summatim dicam, nihil aliud per hæc significare voluerunt, nisi quod pro-
pter peccata veniunt aduersa: colendam scilicet Deorum immortalium esse
religionem, quam nemo sine calamitatibus & impune neglexerit. at nunc
de Centauris dicamus.

De Centauris .

Cap. III.

Illa, quæ de Ixione superius explicata fuerunt, nos breuiiores facient in Centaurorum explicatione. Dicuntur Centauri Nubis & Ixionis fuisse filii: quinati sunt ex illa nube, quam Ixion pro Iunone compressit. Dicti sunt autem Centauri, quasi Centuri, cum *centurio* pungo significet; quoniam primi hi omnium mortalium pugnare ex equis inuenerunt; apud quos Pelethronius frænū & calcaria reperit, quibus tardiores aut celeriores equi frænarentur aut impellerentur. Hi Theſſalix populi fuerunt Pelii montis accolæ, agrestes planè & implacidi & contumeliosi in omnes viri. grauis pugna inter hos & Lapithas qui dicti sunt ita ab Apollinis & Stilbes Nymphæ filio Lapicha, vt ait Posidonius, aliquando exorta est. Nam cum Pirithous Deidamiam ducens nuptias celebraret, quòd affines essent Centauri Deidamix, illos etiam ad conuiuium conuocauit. Isti igitur simulac vino incaluerunt, & ipsam sponsam, & reliquas Lapitharum vxores petulantius atreſtare, & violare denique conati sunt. Id Lapithis non ferentibus grauis pugna in ipsa Regia committitur, multique ex Centauris in ea ceciderunt, Theſeo præſertim adiuuante Pirithoum, vt patet in ſcuto Heſiodi his carm.

Hic iterant Lapithæ pugnae genus, incluta pubes.
Camea, Pirithoumque Dryantaque, & Hoplea circum
Pugnantes; circa Prolochum, Exadium, atque Phalerum,
Mopsumque Ampyciden Titaresion. hic quoque Theseus
Aegides aderat similis Diis ille supernis.
Aurea tela viris aderant, argentea membra.
Parte alia stabant Centauri deinde frequentes.

Ad extremum vero victoria penes Lapithas fuit, ac Centauri in fugam versi de suis finibus pelluntur, ut videtur testari Orpheus in Argonauticis :

Mythologia

*Ἰὼν δὲ καὶ γὰρ καὶ κενταύροις ἰσχυροῦς,
οὐκ ἀπὸ τοῦ κατὰ φύσιν ἀσπερσίου τῶν ἀνθρώπων.*

Centauros cecinit, gens ut asperrima bello:

Stultitiae poenas Lapithis tamen inde dedere.

Vidi igitur à Lapithis Centauri novas sedes sibi quærere coacti sunt, & in regionem Perithæborum profecti ibi habitaverunt, ut ait Str. lib. 9. fuerunt hæc insigniorum Centaurorum nomina, qui in ea pugna fuisse dicuntur; Abas, Arius, Aphidas, Allylus, Amycus, Antimachus, Apheus, Amydas, Atolus, Abrys, Arctus, Bromus, Bianor, Bretus, Brauenor. Canens, Chiron, Cylarus, Cronius, Criton, Craneus. Dictis, Danis, Dyneus, Dryalus, Dorpus, Dorylus, Demoleon. Erigippus, Eurytus, Elops, Eurynomus, Elopes, Emmachus, Enopion. Grynus, Gripheus. Herlinus Hippasus, Hylas, Helinus, Harpagus, Harmandio. Imbrius, Iphireus. Latreus, Lycetus, Lycus, Lycidas, Lycobthos. Monychus, Mimas, Mermerus, Medon, Meleus. Nessus, Nedon, Nycton. Odites, Ocelus, Orneus. Pholus, Perimedes, Pisenor, Picagnus, Phlegrus, Petreus, Pyretus, Praxion, Prantor. Rhetus, Ripheus. Thaumaz, Thereus, Thonius, Telchoas, Scipalus, Therocionus, Silanthus, Theramon, Thurius. à Lapithis vero nonnullos recensuit Hesiod. in Clypeo. quamvis Centaurorum nonnulli, quia durum esset

20 & agreste genus erga omnes externos, vim Herculis senserunt, ut dictum fuit: siquidem hi sagittis veneno hydræ infectis vulnerati se lavantes, Anigeri fluminis aquam infecisse dicuntur, ita, ut vnda illa teterrimum odorem diu ser uaverit: & pisces qui in eo flumine nascerentur esurissent inutiles. Sic ubi Nessus, & alii sepulti fuissent ex iis vulneribus non procul à Calydone, in colle, qui Taphossus fuit nuncupatus, gravissimus odor ad montis radicem suffundebatur, ac rabo simile quiddam manabat, ut ait Str. lib. 9. Quæ de Centaurorum forma dicuntur, illa fabulosa sunt omnino, ut quæ de illorum ortu. alii igitur Ixionis filium Chironem fuisse tradiderunt, à quo originem duxerint Centauri: alii Saturnum cum Philyra Oceani filia congressum in-

30 quiunt cum imperaret Titanibus, mox cum ipsos Rhea deprehendisset, Saturnus ob pudorem se in equum vertit, unde Chiron natus dicitur Hippocentaurus, omniumq; Centaurorum iustissimus, & sapientissimus, qui fuit Iasonis & Achilles prædagogus. illa igitur causa fuisse dicitur, cur Centauri geminam formam sortiti fuerint equinam scilicet à patre, humanam à matre. Quidam igitur putarunt inferiorem partem ad collum usque formam fuisse equinam, & à collo ventrem hominis consurgere, totamq; conspici superiorem partem, ita ut equitantis hominis forma in faciem intuentibus videretur. Quidam putarunt posteriores tantum pedes fuisse equinos, at priores humanos, ut ait Paus. in Eliacis prioribus. At Lucretius lib. 5. neque hac, neque illa forma esse potuisse Centauros omnino contendit: quippe cum dux formæ simul esse non possint, quod omnia è certis seminibus oriri necesse sit, atque in omnibus unam naturam prævalere: cum dux formæ diversæ paresque viribus simul esse non possint, quare ita inquit;

Sed neque Centauri fuerant, nec tempore in villo

Esse queunt duplici natura, & corpore bino,

Ex alienigenis membra compacta potestas.

Hinc illinc par vis ut non par esse potis sit.

Cum Hercules benigne à Chirone aliquando fuisset hospitio acceptus, Chi

ron

non breuitatem sagittarum Herculis admiratus eas contrectauit, quarū vna dicitur in pedem Chironis decidisse, quare ille dictus est ex eo vulnere fuisse mortuus, & ob eximiam iustitiam, Deorumque cultum inter sydera relatus. Achrus vero & Erastrachus non interisse Chironem ex illo vulnere inquit, sed centaurea herba, quam centaureū etiam vocant vulnere adhibita sanatu fuisse, quæ ab ipso postea vt inuentore vsus eius herbe fuit appellata, de qua ita meminit Virg. lib. 4. Georg. quam Centaureum vocauit;

Cecropiumq; thymum, & graueolentia centaurea.

At contra tetra absynthi natura, feri;

Centauri, sordo peritorquent ora sapore.

16

Est enim & amara, & grauitur olens illa herba. Quod si Centaurorum forma omnino in rebus humanis esse non potest, quæ causa antiquos compulit ad hæc ita fabulose constringenda? Patuit vt arbitror ex rebus Centaurorum gestis quid per hæc significare voluerunt. Nam in tam prodigiosa corporis forma, quæ humanitas, quæ iustitia, quæ temperantia, quæ pietas esse potuit? aut qui dimidium sui bellua teterrima extiterit, quo pacto non in maximas difficultates ob sua flagitia illabatur, patriamque & facultates per summam turpitudinem relinquere cogatur? Verum quoniam suus est virtuti vniuscuiusque locus, potestq; vel in turpi forma aliquando inesse virtus, idcirco ob æquitatem eximiam Chiron fuit inter sydera receptus. Per hæc igitur, quæ dicta sunt de Centauris, significare voluerunt antiqui, vno non esse immoderate indulgendum, neque cedendum cupiditatibus, neque manus in res alienas per vim iniiciendas, sed temperantia & iustitia in omnibus vti conuenire; cauendosque esse illos, qui turpissimo sunt corpore, quoniam mores plerunque corpori sunt similes. At contra illum esse finem omnium improborum, vt patriam, facultates, penates, liberos, uxores relinquere cogantur, & ex tota aliam patriam sibi per inopiam quærant. At nunc de Cygno dicamus.

10

De Cygno,

Cap. V.

30

CYGNUS vero qui fuit ab Hercule occisus, & in auem sui nominis postea mutatus, dicitur Marii fuisse filius: atque multi eodem nomine dicti sunt. Memoriae prodidit Isacius Cygnum & Tenem quendam fuisse ab Achille cecsum cum ad Troiam militaret, vt est in his; *Ἰσάκιον δὲ Ἰλίου πειρώ-
ντι ἢ Τροίᾳ, ἀνδρὶς τῆς αὐτοῦ τοῦ Ἰσάκου, τοῦ Μῆνι ἀπὸ τοῦ Ἰσάκου, Ἰσάκ δὲ ἀπὸ τοῦ Ἰσάκου.* Achilles cum ad Troiam militaret Cygnum & Tenem cecidit, verbo quidē Cygni, ac re ipsa Apollinis filium. Scriptum reliquit Paul. in Atticis Cygnū Ligurum fuisse Regem eorum, qui habitauerunt in Gallia Transpadana laude mulierum discipline & artis clarum: qui cum mortuus esset, dicitur ab Apolline in auem sui nominis mutatus. At Lucianus in Dialogo, qui Cygnus inscribitur, Assellores fuisse Apollinis Cygnos commemorat, & amicos homines, musicæ peritos, qui cum mortui essent, fuerunt in aues sui nominis mutati. Atque quamuis mulierum sint de Cygnis fabulæ coniectæ, vna tamen omnium fuit ratio fingendarum, assenratio scilicet poetarum, qui nihil sibi nō licere arbitrati sunt, modo principum suæ ætatis gratiam aucuparentur. Sic homines in Deos relati fuerunt; sic in varia animalium corpora cū suauitate orationis perueniunt. Quid ergo? vt demonstrarent poetæ optima-
rum

40